



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 101. Angliæ Rex caussam suam coram Legatis persequi intentus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

ritis nullum damnum inferat. Ex hoc Sæcul. XVI.  
 Papæ responso Henrici Procuratores se A.C. 1529.  
 oleum & operam perdere haud obscure  
 colligebant, quo circa datis ad Regem  
 literis significabant, se non nisi lenta mo-  
 ra detineri, timendumque, ne caussa  
 ad Sedis Apostolicæ tribunal devolvere-  
 tur, nisi prompte in Anglia dirimatur.  
 Præterea nunciatum erat Angliæ Regi,  
 quod Carolus Imperator, cum nullum  
 sibi a Gallis periculum inito pacis fœ-  
 dere immineret, nunc firmius quam un-  
 quam Catharinæ caussam æquitate suf-  
 fultam pro viribus tueri statuisset, jam-  
 que Angliæ Ministris declarasset, quod  
 divertii negotium nunquam in Angliæ  
 Regno dijudicandum foret, cum nemo  
 aliis præter summum Pontificem, aut  
 Synodum hanc caussam decidere va-  
 leret. Id etiam a Legatis eorum Regi  
 Cæsar significari jussit.

## §. CI.

*Angliæ Rex caussam suam coram Le-  
 gatis persequi intentus.*

His perceptis Henricus Rex divertii  
 sui caussam coram ambobus Lega-  
 tis persequi decrevit, simulque Gardi-  
 nerum ex Italia revocavit, eo quod il-  
 lum tanquam Virum negotii gerendi  
 dexteritate, longaque rerum experien-

P p 3 tia

**Sæcul. XVI.** tia longe clarissimum veneraretur, ejus-  
A.C. 1529. que opera ac consilio in litis suæ pro-  
gressu uti statuisset. Ergo eidem præ-  
primis negotium dedit, ut rursus ante  
discessum suum Papam adiret, eumque  
eo inducere tentaret, ut novum ederet  
diploma, quo hujus caussæ cognitionem  
cunctis præter suos Legatos interdice-  
ret, his vero tam amplam concederet  
facultatem, ut absque provocatione ad  
Sanctitatem suam huic liti finem impo-  
nere valerent. Attamen Clemens Pa-  
pa insidias, quas ei Rex struere molie-  
batur, facile detexit, ac feliciter decli-  
navit; unde Gardinerus & Brianus, qui  
ambo revocabantur, de suæ legationis  
successu parum contenti in patriam su-  
am re infecta reverti cogebantur. His  
subrogabatur Doctor Benetus, cui dun-  
taxat in mandatis datum, ut quantum  
in ipso esset, prohiberet, ne caussa ad  
alios judices extra Regnum transferre-  
tur.

### §. CII.

#### *Epistola utriusque Legati ad Angliae Oratorem.*

*Le Grand*  
*l. cit. p. 126.* *Huic Doctori ambo Legati Epistolam*  
*& seq.* *tradebant ad Papam ac Cardinales*  
*Burnet Re-* *deferendam, in qua his verbis totius*  
*form. Angl.* *negotii seriem exponebant: „ Hucus-*  
*t. I, p. 107.* *„ que irrito licet conatu ambas litigan-*  
*„ tium*